

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Solitudo et tumultus u
cum fonte primo

Quid tibi precipue uitandum existimes
queris? Turbam. Nunquam illi tuto
committeris,

nunquam a turba mores quos extuli
refero. Aliquid ex eo quod composui
turbatur, aliquid ex hiis que fugavi redit.

Inimica est multorum conuersatio.
Nemo non aliquod uicium nobis
ingerit aut commodat aut imprimit.

Quo maior est populus cui miscemur,
hoc periculi plus est.

Seneca VII. epistola.

Quid tibi vitandum praecipue existimes
quaeris? turbam. Nondum illi tuto
committeris.

Ego certe confitebor inbecillitatem
meam:

numquam mores quos extuli
refero; aliquid ex eo quod composui
turbatur, aliquid ex iis quae fugavi redit.

Quod aegris evenit quos longa
inbecillitas usque eo adfecit ut nusquam
sine offensa proferantur, hoc accidit
nobis quorum animi ex longo morbo
reficiuntur.

Inimica est multorum conversatio:

nemo non aliquod nobis vitium

aut commendat aut imprimit

aut nescientibus adlinit. Utique

quo maior est populus cui miscemur,

hoc periculi plus est.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium
epistulae morales*, 7, 1-2 (L. Reynolds
ed., vol.1, pp.11-12, ll.21-25, 1-5).